Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# De sacramentis in genere - Cod. Ettenheim-Münster 258

[S.l.], [18. Jahrh.]

Quaestio 4ta

urn:nbn:de:bsz:31-128459

Visual Library

fbi agere de eo quis alio móali potentia, quae possit accipientibus ad salutem
Adde secundum observare verba liturgia S. chrysostomi à latinis male intellecta fuisse et versione latinorum vitiosa est; verba in graeca quae sic vertunt latini ... fac panem istum pretiosum corpus Christi tui. Act. transmutans spiritu sancto tuo sic juxta Renaudium reddi debent ... fac, ut panis, quem spiritu sancto tuo transmutasti in pretiosum corpus Christi tui fiat accipientibus in sobrietatem ad etc. hanc versionem confirmat varius in notis ad missam S. chrysostomi pagina 142 hoc pacto .... fac panem fidem istum pretiosum corpus Christi tui, et quod est in calice pretiosum sanguinem Christi tui, transmutasti, et ea spiritu tuo, et sis percipientibus ad sobrietatem etc. quae interpretatione semel admissa iam evanescit illa difficultas quam summa fiducia pate ingrere cui titulus gallice explication litterale historique et dogmatique des prieres et des ceremonies de la messe

# Quaestio 4ta
## De Effectibus et proprietatibus Eucharistiae.

varii sunt eucharistiae effectus, et proprietates variae, aliae sentire ipsam aspiciunt, aliae fideles in quorum gratiam fuit institutum, priores spectant Christi in eucharistia permanentiam exterioremque cultum

posteriores eucharistia necessitate efficientiam et comunionem sub una vel duplici specie. de hac sola questione quae maxime controvertitur in hac dic: cessi nobis agendum erit.

# De Comunione Sub una vel duplici Specie

## Conclusio

Comunio Eucharistiae in singulis fidelibus Christi non est necessaria singulis sub utraque Specie.

Primo Comunio est necessaria sub duplici specie vel ad sumendum totum Christum, vel ad sacramentum integrum constituendum, vel ad plenam Sacramenti gratiam percipiendam vel ad implendum peculiare aliquod Christi mandatum. at nihil horum dici potest.

imo necessaria non est comunio sub utraque specie ut Christus integer sumatur tum quia definivit conc. Trident. Christum totum esse sub qualibet specie sessione 13 can: 3 tum quia Christus in eucharistia est vivens et in statu vitae iuxta illud apostoli ad Rom: 6 ... Christus resurgens ex mortuis jam non moritur mors illi ultra non dominabitur. at non est in statu vitae in eucharistia nisi corpus et sanguis eius ac proinde totus Christus est sub utraque specie. ergo

2do necessaria non est comunio sub utraque specie ad integrum Sacramentum constituendum, tum quia comunio supponit Sacramentum iam constitutum; tum quia si aliquando requiratur comunio in eucharistia ad sumtum et sacrificium ad rationem Sacrificii non ad rationem Sacramenti. ergo

3tio necessaria n. e. comunio sub bina specie
ad gratiam percipiendam etiam abundantiorem, tum
quia ubi accipitur Christus totus fons omnis gratiae
ibi positis ponendis plenissima et abundantissima
recipitur gratia: ac ex dictis sub utraque specie reci:
-pitur Christus totus fons omnis gratiae. tum quia salus et
vita aeterna tribuitur in Scripturis manducationi
corporis Christi sub sola specie panis. Joan: 6.... qui
manducat hunc panem vivet in aeternum quod est Etc.
4to necessaria n. e. comunio sub duplici specie ad
aliquod peculiare Christi mandatum implendum. tum
quia nullum extat in Scriptura quae sola est Cal:
-vinistarum regula fidei. Tum si quod e. extaret
hujusmodi praeceptum, illud certe desumeretur v. ex Christi
verbis in institutione eucharistiae v. ex verbis pro:
-missionis Joan: 6to ut volunt novatores: porro
contrarium probat conc: trident: sess: 21 c. 1 ubi ait
..... nam etsi Christus Dominus in ultima coena vene:
-rabile hoc Sacram. in panis et vini speciebus
instituit et apostolis tradidit; n. tamen illa insti:
-tutio et traditio eo tendunt ut omnes Christi fideles
statuto Domini ad utramque speciem accipiendam adstrin:
-gantur. Sed neque ex illo sermone apud Joan:
6to, recte colligitur utriusque speciei comunionem a
Domino praeceptam esse, ... namque qui dixit ... nisi
manducaveritis carnem filii hominis et biberitis ejus san:
-guinem etcat. dixit quoque si quis manducaverit ex hoc
pane vivet in aeternum et qui dixit, qui manducat

meam carnē et bibit meum sanguinem habet vitam
aeternam; dixit etiam panis quem ego dabo caro mea
ē pro mundi vita: is denique qui dixit qui manducat
meā carnē et bibit meū sanguinē in me manet
et ego in illo: dixit nihil omnis: qui manducat hunc
panem vivet in aeternum. Sic habes textos quos
probare volunt novatores necessitatē communionis
sub utraque specie fere prout textos et explicatos per
aliōs eiusdē capitis textus, quae explicatio auctori-
-tate conc: trident: solvitur quo etiam:

P:2do Ex praxi antiquā ecclesiae multis ē exemplis
constat communionē datam fuisse sub unica specie,
sic referente Eusebio ~~historia eccl~~ l. 6 historiae
ecclesiasticae c. 44 post Dionisiū alexandrinū....
presbyter qui aegrotabat.... exiguam eucharistiae parte
puero tradidit, jubens ut in aquam intincta Se-
-rabioni ~~ore~~ seni in ~~pro~~ os instillaret Sane ē etiā
pariter tradidit sanguinē aut vinū consecratū
aliōquin partem eucharistiae ē in aquā sed in ipso san-
-gine intinctā instillatus fuisset: sic S. honoratus
vercellensis obtulit sancto ambrosio corpus domini quo
accepto ubi cludivit emisit spiritū: idē de S.
basilio refert amphilochius sic etiam monachis
cluniacensibus morientibus dabatur eucharistiā sub
sola specie panis tincta tamen prius in vino ē con-
-secrato

Eucharistiam pariter datā quandoque fuisse sub

sola specie vini constat ex S. Cypriano teste qui
oculatus extitit dum sacrum celebrante. hic rem
refert ex ipso Cypriano S. Augustinus epist: 98....
ubi solemnibus adimpletis calicem diaconus offerre
praesentibus coepit et accipientibus caeteris locus ejus
s: puellulae minimae quae paulo antea ad vanum idolorum
inscia matre à nutrice deducta erat, ibique panem
vino mixtum de idolothitis comederat; advenit
faciem suam parvula instinctu divinae majestatis
avertere os labiis obdurantibus premere, calicem
recusare: perstitit tamen diaconus, et licet reluctanti
licet, de sacramento calicis infudit. tunc sequitur sin-
gultus et vomitus: in corpore atque ore violato
eucharistia permanere non potuit. in quo facto duo
sunt notanda. imo infantulae illi datam fuisse
eucharistiam sub sola vini specie, aliosquin et
eadem de causa eucharistiam sub specie panis
antea evomuisset. 2do id moris fuisse tunc
temporis eucharistiam concedendi sub una specie
sine ulla urgente necessitate imo sub inconvenien-
tia. quo planum est nullam unquam fuisse neces-
sitatem communionis [sub utraque] speciei q. e. d.
Idem constat ex domestica communione fideles enim
domi suae eucharistiam afferre solebant, per annum
integrum observabant. particulatim communicabant,
hoc omnia ex ipsa historia ecclesiastica constant.
S. Cyprianus de iis mentionem facit l: de lapsis
ubi loquens de homine ethnicis sacrificiis polluto
et eucharistiam in domum suam deferente ait..

partem cum caeteris ausus e latenter accipere;
* sed sanctum dni edere et contrectare n potuit,
sed cinerem ferre se apertis manibus invenit.
in hac narratione fit nec nulla vini mentio. S.
Basilius quaest. 2. 89 idem dicit de iis ... qui vitam
solitariam agunt in eremis. etc
deinde olim dignoscebantur Manichaei ex eo quod
abstinebant a communione calicis, quia vinum ha-
-bebant pro felle draconis. dum latuerant
et hoc inditium satis evidens n fuit; unde
n nisi jam e aliunde cognita Manichaeismi
suspecti erant qui abstinebant a communione calicis;
unde ait S. Leo serm. 4 de quadragesima ex lugens
de Manichaeis ... ut intendum tutius lateant ore
indigno corpus xti accipiunt, sanguinem a redemptionis
nostrae haurire omnino declinant. quod ideo vestram
volumus scire sanctitatem, ut vobis hujuscemodi
homines his manifestentur inditiis, jam tutius latere
n poterant. si tunc mos erat communionem accipere
sub duplici specie
factum idem n leviter confirmat celebris praesanti-
ficatorum quae semper in ecclesia tum graeca tum
latina die veneris majoris hebdomadae celebra-
-ta fuit, imo in ecclesia graeca per totam quad-
-ragesimam. etc
Et certe si necessaria foret communio sub utraque
specie sane ab ea dispensare n possent lutherani,
aut si dispensare poterint prout dubio et ecclesia
catholica. cum e ipsa dispensant lutherani a communione

calicis abstemios nimirũ hic ẽ in disciplina
ecclesiastica statuunt c. 12 art. 10 ... ptẽr in domi-
calix iis qbs grave ẽ post alios eum sumere
..... item articulo 7 decreverant idem pro iis qui
vinum bibere negant. ga Lutherani et alii
novatores dispensant cum iis qbs tantum grave
ẽ calicem post alios sumere. go necessaria
ñ ẽ communio sub specie calicis aut si necessa-
-ria tam pt ob ea dispensare ecclesia catholica
ob varias causas qam Lutherani. go cftat.
adde dnum ipsũ post resurrectiõe suã ꝯ sumũ dedisse dis-
-cipulis in Emaus sub solã specie panis ... et
cognoverunt eũ in fractione panis. Lucæ 24 ... et
factũ ẽ dum recumberet cum discipulis, accepit panem
et benedixit ac fregit, et porrigebat illis: et aperti st oculi
eorũ, et cognoverunt eum, et ipse evanuit ex oculis
eorum. in his locis nulla fit mentio speciei vini, et
oẽs SS. patres eum locũ de eucharistia interpretantur.
go cftat:
Idem demũ clare habet conc. tident. sess. 21 can. 1 ubi
... si quis dixerit ex dei praecepto ĩ necessitate
salutis, oẽs et singulos xti fideles, utramque
speciem sanctissimi eucharistiæ sacti sumere debere:
anathema sit. go cftat.

## Solvuntur objectiones

obi imo ex scriptura Joan: 6 ... nisi manducaveritis
carnẽ filii hois, et biberitis eius sanguinẽ, ñ habebitis
vitam in vobis. go necessaria ẽ communio necessitate
salutis. ãi ñ magis in eo textu praecipitur communio
sub una specie qã sub altera. go
Rũ primo ~~Cum~~ Locum Joannis textũ esse ã novatoribus adduci ñ pse

fr praesenti negotio. siquidem totum Joanis textum
ñ de eucharistia sed de fide in xtum incarnatum
explicant
R: 2do in eo textu copulam et ẽ disjunctivam et
significare vel juxta illud apostoli 1ma ad corinth:
11... itaq; quicumq; manducaverit panem hunc, ũ
biberit calicem dñi indigne etcaet: ubi loco particulae
conjunctivae et usurpatur particula disjunctiva vel
go etcaet:
R: 3tio cum textum ñ importare praeceptum obtũ
ob necessitatem salutis sumendi eucharistiam sub
duplici specie ut definivit conc: trident: in citto nox
canone et ut probavit in eadem sessione c 1 go etcaet.
R: 4to cum textum adversus ipsos novatores militare
siquidem comunionẽ sub una tatum specie abstemiis
permittunt. go etcaet:
R: 5 Rem aliqũ posse ẽ de praecepto quin modus
ei sit de praecepto ablutio v.g. in baptismo sic ẽ
de praecepto at ablutionis modus ñ ẽ de praecepto
go a pari comunio sit ẽ de praecepto quin ejus
modus sit de praecepto ac proinde quin comunio
sub utraq; specie sit de praecepto imo in baptismo
ipse ritus immersionis usus ẽ usa et ecclesia per
plura saecula: attamen ea ñ amplius utitur ecclesia
ñ ea utuntur ipsi novatores quidni et sit ecclesia modũ
comunionis ad nutũ assignare. go etcaet:
Inst: imo xtus usum calicis imperavit his verbis
bibite ex eo oẽs. go etcaet:
R: imo Retorqueo argumentum xtus usum calicis im-
-peravit his verbis bibite ex eo oẽs. go adid tenentur
oẽs go etiam ĩ qbs grave ẽ post alios eum sumere

qod negant novatores. q̃o ab.ass.

R: 2do hæc xti verba ñ̃ e restringenda alioquin infantes infideles excommunicati abstemii ad usum calicis deberentur, prout hi sint modificanda et explicanda, quis judex erit: Calfinus an ecclesia? q̃o abdt.

R: 3tio ex xti verba apud Matthæum c 26 v 27 respiciunt solos apostolos ñ̃ autem alios fideles oẽs ñ̃ e alius est, his Matthæi verbis sensus quam iisdis aptigendus Marci 14 v 23 .... et biberunt ex eo oẽs: ai hæc Marci verba evidenter spectant solos apostolos, soli e apostoli tunc de calice bibe- runt. q̃o abdt. discrimen a qodẽ inter id qod xtus dixit et bibite ex eo oẽs et ñ̃ dixit manducate ex eo oẽs in hoc consistit. qod xtus singulis ex eucharistia propria manu dedit ad manducandum, ñ̃ a de calice ad bibendum. sed proximo porrexit dicens bibite ex eo oẽs et distribuite inter vos ut habet S. Lucas.

Inst: 2do iis dictum e bibite ex eo oẽs qbus dictum e manducate: ai ñ̃ solis apostolis dictum e man- ducate. q̃o abdt.

R. N. ai: utrumqe e. tunc soli dictum e apostolis, nec inde sequitur nullum e mandatum de eucharistia sumenda pro fidelibus, quia nimium aliunde abunde satis constat. q̃o abdt.

Inst: xtus dixit instituendo eucharistiam .... hoc facite in meam commemorationem. q̃o facere necessum est qod xtus ipse fecit: ai xtus dedit eucharistiam sub duplici specie. q̃o abdt.

R. vino xtus instituendo eucharistiam dixit.... hoc facite in meam commemorationem. q̃o facere necessum e qod xtus ipse fecit.... ai xtus distribuit discipulis 12 eucharistiam

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

facta coena et expletis gestis qo etiat: unde ea apostoli
verba explicanda sunt: porro quis explicationem dabit
an Calvinus? an ecclesia? qo etiat:

R: 2do causam nostram meliorem fieri ex hac objectione
si attendatur ad apostoli verba: i vero consecrata
specie panis dicit apostolus hoc facite in meam
commemorationem, consecrata a vini specie n dicit tm:
similiter hoc facite in meam commemorationem sed dicit
... hoc facite quotiescunque bibetis, in meam commemo:
-rationem: unde ipsa hac loquendi differentia: quorsum
tendit illa clausula quotiescunque biberitis, nonne evidenter
supponit communionem calicis n semper conjunctam esse cum
sumptione panis, qo etiat:

obi: 2do SS: pp: asserunt sermonem de praecepto imperasse
communionem sub utraque specie v: g: S Justinus in
apologia 2da postquam dixit... diaconos panem et
vinum distribuere addit.... apostoli in commendariis
suis qo evangelia dicuntur, ita praecepisse Jesum
sibi tradiderunt. S Cyprianus ser: de coena dni ait
..... lex esum sanguinis prohibet, evangelium prae:
-cepit ut bibatur qo etiat:

R: N. A: quod n probant oblata testimonia.
imo S. Justinus ibi n agit de communione sub una
v duplici specie sed de modo consecrationis, ut patet
ex verbis immediate sequentibus, statim n subiungit
S: Justinus ... eum accepto pane, cum gratias egisset,
dixisse: hoc facite in meam recordationem: hoc
est corpus meum; et similiter accepto calice dixisse
hic est sanguis meus, ubi de institutione et con:
-secratione agit n de communione

2do alter textus n est Cypriani sed alicuius ignoti: deinde
dicit quidem evangelium ut praecipit ut bibatur sanguis,
quod verum est, cum quisque sacrum faciens sanguinem

bibere jubeat, qui potius nunquam biberis, sed non percepit
et idem Sanguis ab ore oris bibatur. quod etiam
fuisse improbatum summus pontifex in gesti ad Majorium
et Joannem episcopos sic ait … comperimus ait …
comperimus autem quod quidam sumpta tantummodo corporis sacri
portione a calice sacri cruoris abstineant, qui procul
dubio, quoniam nescio qua superstitione docentur ob-
stringi, aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris
arceantur, quia divisio unius ejusdemque mysterii
sine grandi sacrilegio non potest provenire. ex quo textu
sic argumentor. illud juxta Christi mandatum divinum debet
fieri et integrum quod sine grandi sacrilegio dividi
non potest: atqui juxta gelasium summum pontificem sumptio
eucharistiae dividi non potest sine grandi sacrilegio, ergo etc.
R: summum pontificem gelasium hic Manichaeos in-
tegi, qui, ex eo quod existimabant vinum esse a prin-
cipio malo, a sumptione calicis declinabant, quod
sine grandi sacrilegio fieri non potest: unde summus
pontifex non dicit … divisione utriusque mysterii sine
grandi sacrilegio non posse fieri, sed non esse provenire
scilicet ab ea ratione quam adhibebant Manich-
aei. Summi quidem pontifices exemplum sancti
Leonis secuti sunt, ut Manichaeos inter catho-
licos latitantes detegerent ut ait S. prosper in
Chronico … plures Manichaeos in urbe latere dili-
gentia papae Leonis innotuit: cum autem non deessent
etiam Manichaei tempore gelasii ideo circa
eandem viam suo decreto secutus est, ut Manichaeos
superstites detegeret. unde hoc gelasii decretum

Supponit Manichaeos diu latitasse sub specie catholica, quod fieri non potuit, si omnes omnino catholici ad utramque speciem sumendam ex praecepto obstricti fuissent.

Inst. 2do Ex conc. Turonensi ubi haec habentur c. 4 … Sacra oblatio intincta in Christi sanguine ut veraciter presbyter possit dicere infirmo: Corpus et Sanguis Domini proficiat tibi: ergo etc.

R. authoritate conc. Turonensis moveri non debere quia ratione evidenter falsa innititur; nec enim minus veraciter cum sicca quam cum intincta specie dicere potest sacerdos: Corpus et Sanguis Domini proficiat tibi; etenim quod dogmaticum indubitatum est quod corpus et sanguinem Domini esse simul sub una quaque specie per concomitantiam; nam quia ut dicimus corpus Christi in eucharistia non est corpus exsangue sed corpus vivum. 2do quia qui manducat solam panis speciem indigne reus est utriusque corporis et sanguinis Domini; teste illud apostoli 1ma ad Corinth. 11 … quicumque manducaverit panem hunc vel biberit calicem Domini indigne reus erit corporis et sanguinis Domini. ergo

Inst. saltem nihil probatur ex praxi ecclesiae: etenim non est in legem trahenda quod extorquet necessitas: atqui quod communio olim infantibus et infirmis sub una specie data fuerit, hoc extorquebat necessitas; ergo etc.

R. D. M. si necessitas non exigerit ut in legem trahantur C. secus N.

Solutio patebit ex sola enumeratione causarum aut rationum quibus adducta est ecclesia ad subtrahendum usum calicis

ima ē periculū irreverentiæ ex effusiōe sangui-
-nis poene infallibiliter oritura; quantacunque
ē supponatur porrigentis diligentia et dexteritas,
vix pro hodierna comunicantiū multitudine solem-
-nioribus praesertim festis, praesertim senum, debiliorum-
usticorum in tanto concursu, calicis eversio vi-
-tari pōt qi debet.
2da ē comunio infirmorū, ad quos ōi diei et noctis
hora deferendū ē ~~fratrum~~ viaticū; hoc ā difficillime
fieri pōt sub specie vini, tum quia si unquam
certe inter obscuras noctis tenebras per que viarū in-
-hospitas angustias atque asperitates grave imminet
effusiōis periculū, tū quia vini species aegre con-
-servatur, facile quidem acescit et corrumpitur.
3tia ē multitudo tum abstemiorū, tum eorum
qi sine nausea vinū haurire ñ pñt e calice qi
iam multis oblatus fuit.
4ta ē vini raritas aliquibus in locis tanta, ut cum
primi sancti vincentii a paulo discipuli Madagas-
-carū abiere, ob ōi sacrificio pro quinque mensis
propter vini penuriam cessata ē; an per idud tempus
viaticum moribundis dari ñ potuisset.
5ta tandē ē necessitas ō decentia reprimendi erroris
eorum, qi xtm totum sub alterutra specie con-
-tineri negabant.
Ex his ōbs patet ecclesiam gravibus de causis usum
calicis prudenter subtraxisse.